



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Leo & Draco Ecclesi[a]e quomodò est Sathanas. tit. 271

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Tertiò, hæc non debent nos perturbare, sicut ad. monet B. Petrus i. Petr. i. quod ad modicum tem- pus nunc contristabimur: reposita est enim nobis in- corruptibilis corona, quæ breui manifestabitur no- bis, idèò ad patientiam nos armare debemus, ex quo sic est diuina voluntas, qua hæc omnia fient: saltem hoc interea faciamus, quod Christus docet, Mat. 24. Orate ne fuga vestra fiat sabbatho vel hyeme, et si- xerint, hic est Christus, aut illuc est Christus, nolite exire domum, id est, unitatem catholicam, neq; cre- dere. Nolite, nolite credere.

LEO ET DRACO ECCLÆSIE
quomodo est Sathanas.

TITVLVS CCLXXI.

PRIMO, inquit Augustinus in sermone de uno martyre: Ecclesia pugnauit prioribus temporibus aduersus leonem, sed modò aduersus draconem. & quo- modò Christi virtute victus est leo, sic quoque vincetur & draco, eò quod scriptum est Psal. 90. Conculcabis leonem & draconem Leo aperte i- rascitur, draco & serpens occulte insidiantur, tunc se uijt leo, quando habebit sanguinem sanctorum marty- rum initio Ecclesiæ, vbi tot millia pro Christo sunt interempti. Hebræ. 11. lapidati sunt, secti sunt &cet. volebat omnino extirpare Christi fidem leo ille, id est, sathanas, sed vicit eum patientia Martyrum, si- cut Christus docuit, Lucæ 21. Ante omnia injicent vobis manus suas, & persequentur, & infra: sed capil lus capitis vestri non peribit. In patientia vestra polli debitissimas animas vestras, id est, conseruabitis ad vitam æternam, & sic patientia martyrum vicit leonem ru- gientem.

Secundò, sathanas draco & serpens est Ecclesia per occultam pugnam, qua excitat heresies, per quis insidia-

Insidiatur, & veneno interficit erroris. Omnib. enim
haereticis, inquit Bernhardus serm. 65. super Cantica, vna intentio fuit, scilicet captare gloriam de singularitate scientiae, & illam utcunque naesti, damnis pascuntur postea alienis. Serpens igitur ille, qui primos parentes seduxit in paradiſo Genes. 3. sic multos in Ecclesia decepit. Sic olim Euam 2. Cor. 11. corrupit in simplicitate, &c.

Tertio, draco ille signanter tres sectas excitauit in Ecclesia, quibus post martyrium sanctorum Ecclesiam plurimum debilitauit. Prima, Arriana est, quae fidem Christi, quo ad suam personam plurimum extinxit, negans illius diuinitatem. Haec plurimum Ecclesiam debilitauit, & magnam portionem Ecclesie abstulit. Nam draco cadens de celo, id est, Divinitate Christi, traxit secum dimidiam partem stellarum, Apocalyp. 12. Altera secta Mahumetica, à dracone illo erecta, plurimum nocuit Ecclesie, quoad vitam Christianam. Nam illa dat omnem libertatem carni, ut quis ducat tot vxores, quot potest enutrire, iejunia & pia opera abijcit, solus illi venter Deus est, Philipp. 3. & hanc sequitur maxima pars Gentilium & Turcarum propter voluptatem carnis. Illa enim permittit omnia penae, quae Paulus nobis prohibet, 1. Cor. 9. fornicationem, adulterium, mollitiem, fursum, auaritiam, maledictionem, &c. Tertiam sectam draco ille excitauit, scilicet Nouatianam, qui caput inuehore in Papam Clerum, & Sacra menta Ecclesie, & ceremonias. & hunc sequuti sunt multi postea, Donatisti, Vvigleisti, Vvaldenses, Pauperes Lugduneses, Hussiti, &c. cù quibus hodie bellum gerit Ecclesia. Quę secta omnem hodiè tollit devotionē Sacramentorum. Prima secta Arriana destruxit fidem Christi, altera sequelam vitæ Christi, Tertia charitatem & unitatem corporis Christi. Sic sectarum multiplicatio, est destructio Ecclesie. & nisi D E V S custodiret, non

600 SVMMA DOCTR. CHRIST,
ret, non perstisset haec tenus. Agnoscamus leonem se-
uientem publice, & draconem occulte insidiantem;
at Christus pendens in cruce, serpens ille nos liberat,
Ioan. 3.

*D E S APIENT E SIN E
operibus.*

TITVLVS CCLXXII.



PIRITVS SANCTVS qui reuelavit
patribus aduentum Antichristi in noui
ssimis diebus, hic quoque reuelavit mo-
res & conditiones hominum, quæ illis
contingent temporibus, id est, sub præ-
cursoribus hæreticis & mixtis Antichristis, & primū
erit, quod sapientia erit sine operibus i. multi mul-
ta prædicabunt de Euangeliō, fide, charitate, iustifi-
catione, &c. nemo tamen faciet secundum Euangeli-
um, aut ita viuet, sicut decet, maxime prædicatorēs.
Nam Christus incepit facere & docere, Actorum 1. At
Antichristus multa docebit, replebit mundum prædi-
catoribus, sed nemo faciet. Verbis confitebuntur
Christum sed factis negabunt, Tit. 1. Sic erunt concio-
natores efflati, voluptatuni amatores, habentes spe-
ciem pietatis, virtutē autē eius abnegantes 2. Tim. 3.

Secundo, auditores tunc dicta facere contemnent,
eo quod videbunt opera prædicatorum & vitam à
verbis discrepare. Nam nunquam erit efficax autho-
ritas prædicantis, nisi eam effectu operis, cordi infixe
rit audientis, Medicus, qui sibi non consulit statim
eius medicina parui penditur, Ideo inquit Christus
Matthæi 5. si sal euauerit, in quo salietur, id est, si do-
ctor aut concionator errauerit, à quo populus emen-
dabitur? Si oculus à videndi officio desciuerit, quis
à manu vel pede, aut reliquo corpore lumen exigeret?
si pastor errat, oues ubi manebunt: Disciplina igitur
ac mores populi ostendunt, qualis sit eorum pastor &
doctor, &c.

Tertio,

